



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXXIII. Kaiser Ludwig verbietet der Stadt Frankfurt, die von dem Bischofe von Lebus beabsichtigte Verwandlung der Stadtkirche in eine Kathedralkirche zuzulassen, am 10. Mai 1330.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

XXXIII. Kaiser Ludwig verbietet der Stadt Frankfurt, die von dem Bischofe von Lebus beab-
sichtigte Verwandlung der Stadtkirche in eine Kathedralkirche zuzulassen, am 10. Mai 1330.

Ludowicus, dei gracia Romanorum Imperator, semper Augustus, Prudentibus viris
Consulibus et vniuersis Ciuibus Ciuitatis in Franchenuorde suis et Imperii fidelibus dilectis gra-
tiam suam et omne bonum. Ad serenitatis nostre auditum peruenit, quod Episcopus Lubucen-
sis Parrochialem Ecclesiam sancte Marie Ciuitatis vestre intendat erigere in Ecclesiam Kathedra-
lem, suam Ecclesiam Lubucensem ibidem transferendo. Cum igitur huiusmodi translatio in grande
preiudicium sacri Imperii et dilectissimi filii et Principis nostri Ludowici, Marchionis Bran-
denburgensis, ad quem Juspatronatus pertinet, redundare dinoscatur, vobis nomine nostro et ip-
sius filii nostri auctoritate Imperiali districte precipiendo inhibemus, ne huiusmodi transla-
tionem seu quamuis aliam dispositionem vel innouacionem quomodolibet fieri permittatis, circa ecclesiam memo-
ratam, scientes si secus attemptatum fuerit, quod ex hoc grauem indignacionem nostram et predicti
filii nostri vtique incurretis, Et quod circa hoc factum fuerit, decernimus irritum et inane. Datum
in Werdea, feria Quinta post dominicam, qua cantatur Cantate domino, Regni nostri Anno Sex-
todecimo, Imperii vero Tercio.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 1, 34.

XXXIV. Ritter Heinrich von Schlabberndorf versichert den Markgrafen Ludwig des Wiederkaufs-
rechts an den ihm im Zoll zu Frankfurt verliehenen Gebungen, am 16. Februar 1334.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod ego heinricus de Slaurndorp,
miles, promisi pro me meisque heredibus natis et nascituris et promitto presentibus bona fide, Quod
sine contradictione qualibet teneor debeo siue volo, ipsique tenentur et debebunt, illustri ac magni-
fico principi domino Ludouico marchioni brandenburgensi suisque heredibus aut successo-
ribus dare ad redimendum quadraginta librarum redditus in theloneo ciuitatis vranchinfurth,
michi ap ipso collatos pro trecentis et quinquaginta marcis argenti brandenburg., quocumque in
ipsius aut ipsorum fuerit beneplacito voluntatis. In cuius rei euidentis testimonium sigillum meum
dixi presentibus appendendum. Datum berlin, anno M^o CCC^o XXXIII^o, quarta feria post
Dominicam Inuocauit.

Aus einem Copialbuche im Geh. Staats-Archive.